Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

nasterium duxit. Qui cum multo tempore in mo
nasterio fuisset. atque ad hunc hostis antiquus ac
cedere non auderet. eiusdem senis animus de sa
lute pueri inmoderatius per leticiam tactus est. Nam
coram positis fratribus dixit. fratres diabolus sibi cum il
lis sororibus iocabatur. at vero ubi ad servos dei ventum
est. ad hunc puerum accedere non presumpsit. Post
quam vocem. hora eadem isdem puer coram cunctis fratribus
a diabolo invadente vexatus est. Quo viso. senex
se protinus in lamentum dedit. Quem dum lugentem
diu fratres consolari voluissent. respondens dicebat.
Credite mihi quia in nullius vestrum ore hodie pa
nis ingreditur. nisi puer iste a demonio fuerit erep
tus. Tunc se in orationem cum cunctis fratribus stra
vit. et eo usque oratum est quousque puer a vexatione
liberatus est. Qui tam perfecte sanatus est. ut ad hunc
malignus spiritus accedendi ausum non haberet ulterius.
PETR. Credo quod ei elatio prava subripuerat. eius
discipulos omnipotens deus facti illius esse voluit adiuto
res. GREG. Ita est. nam pondus miraculi so
lus portare non valuit. divisit cum fratribus hoc et por
tavit. Huius viri oratio quante veritatis esset. virtutis
in memetipso expertus sum. Nam cum quodam tempore
in monasterio positus incisionem vitalium paterer.
crebrisque angustiis per horarum momenta ad exitum